BEUGHEM

BIBLIOGRAPHIA

Universidad de Deusto
Biblioteca

360110
011"16"
B52c

4000360110

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Relac. 1.2.4.8
10

Universidad de Deusto
Biblioteca

L
29
1

BIBLIOGRAPHIA

HISTORICA, CHRONOLOGICA & GEOGRAPHICA

Novissima, Perpetuo Continuanda.

Accedit Ejusdem

MUSÆUM

seu

SYLLABUS ICONUM

sive

IMAGINUM

Illustrium à Sæculo Hominum, quæ in ejus Musæo spectantur.

Operâ ac Studio

CORNELII à BEUGHEM
Embricensis.

016:9

BIBLIOGRAPHIA
HISTORICA, CHRONOLOGICA & GEOGRAPHICA

Novissima, Perpetuo Continuanda,

sive

CONSPECTUS PRIMUS

Catalogi Librorum Historicorum, Chronologicorum, & Geographicorum; *tam Sacrorum quam Profanorum &c. Quibus ob Argumentorum similitudinem sparsim suis locis inseruntur* Genealogicorum, Heraldicorum, Antiquariorum, Numariorum, Bibliothecariorum, *aliorumque hujus generis Scriptorum specimen.*

Quotquot currente hoc Semisæculo, id est, ab Anno Reparatæ Salutis M DC LI. per universam Europam, in quavis Lingua, ORIENTALI, tum GRÆCA, LATINA, GALLICA, HISPANICA, ITALICA, ANGLICA, GERMANICA, & BELGICA, Aut Novi aut Emendatiores & Auctiores Typis prodierunt.

Opera ac Studio

CORNELI à BEUGHEM, Embricensis.

Accedit Ejusdem MUSÆUM seu Syllabus Iconum sive Imaginum illustrium à sæculo hominum, quæ in ejus Musæo spectantur.

AMSTELÆDAMI,

Apud JANSSONIO-WAESBERGIOS, clɔ Iɔc LXXV.

1588

ECOLE S.TE GENEVIEVE B.D.J.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Serenissimis & Celsissimis
PRINCIPIBUS
AC
DOMINIS,
D. FRIDERICO,
D. G. MARCHIONI
BRANDENBURGICO
ELECTORATUS HÆREDI.
D. LUDOVICO,
D. G. MARCHIONI
BRANDENBURGICO,

Serenissimi & Potentissimi
PRINCIPIS AC DOMINI,
D. FRIDERICI WILHELMI
D. G. MARCHIONIS BRANDENBURGICI S. R. I. ELEC-

TORIS & ARCHICAMERARII, DUCIS MAGDEBURGI, PRUSSIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ, MONTIUM, STETINI, POMERANORUM, CASSUBIÆ, VANDALORUM, CROSNÆ, CARNOVIÆ, &c. BURGGRAVI NORIBERGENSIS, PRINCIPIS MINDÆ & HALBERSTADI, COMITIS MARCÆ & RAVENSBURGI, DOMINI RAVENSTEIN.

MAXIMÆ SPEI FILIIS,

Dominis suis Clementissimis.

BIBLIOGRAPHIAM HISTORICAM CHRONOLOGICAM & GEOGRAPHICAM NOVISSIMAM.

Consecrat:

CORNELIUS à BEUGHEM, Embricensis.

Universidad de Deusto Biblioteca

DEDICATIO.

Serenissimi Principes.

NOn tam ingeniosè quam verè quidam dixit:

Principibus placuisse Viris non ultima laus est.

Quapropter mihi gratulor quod mea studia SERENbus. VESTis. *placuisse*

resciverim. Quo enim erga hæc animo estis affecti, variis in me praestitis beneficiis testatum hactenus fecistis. Pro eo tam benevolo erga me favore hisce paucis quas possum maximas & immortales ago gratias, & me meaq; studia

SER-

SER bus. VEST is. *humillimè offero. Testis sit hæc mea* BIBLIOGRAPHIA HISTORICA, CHRONOLOGICA & GEOGRAPHICA NOVISSIMA, *quæ jam prælo valedixit Quam obnixè rogo ut tam summo dignam judicetis*

 fa-

Universidad de Deusto Biblioteca

DEDICATIO.

favore, quam humili offertur à me obsequio.

Dabam Embricæ Clivorum anno quo ominor quod

DoMVs BrennIbVrgICa VIVat nobIs feLIX.

HISTORIARUM CURIOSO AMATORI.

CORNELIUS à BEUGHEM

S. D.

QUamvis animus mihi erat edita jam *Bibliographia* mea *Medica* & *Physica* novissima ejusque Conspectu primo proximum in locum *Mathematicam* & *Mechanicam* dare attamen mutato consilio, *Historicam* quam modo vides, sub sequentem illi facio, idque hac occasione.

Celeberrimus Vir D. JOBUS LUDOLFUS aliàs *Leutholf* S. Cæ-

Cæsaris Majestatis nec non Serm. Electoris Palatini & Ducum Saxoniæ Consiliarius, nomine Sereniss. Domus Saxo Vinariensis ad Conventum Francofurtensem cum Regis Galliæ Legatis habendum Deputatus, Historiarum ac Linguarum Orientalium peritissimus, abhinc aliquot annis post conversationem cum insigni quodam viro Habessino habitam meditari cœpit Historiam Abassinicam, cujus antehac dedit Sciagraphiam, quasi Operis subsequuturi prodromum; utque ex ungue leonem, sic ex hac epitome Cl. V. stupendam cognitio-

tionem supra laudatarum qualitatum cognoscere licebit. Cumque ut istud opus quod modo prælum deserit (præter Commentarium quem sub manu habet) omnibus suis numeris, perfectissimum prodire possit, Authori inter alios quibuscum de eo conferre placuit, datis humanissimis ad me litteris, invitavit, ut si quid de rebus Abassinicis observassem, id communicare non dedignarer. Lubens huic petitioni, at quanti Viri? parui, scriptoresque, qui tum præ manibus erant, suppeditavi. Qui cum illi non displicuissent, gratias enim ob com-

communicationem actis ad eorum continuationem, hisce verbis institit: *Sed ignosce quæso quod Tibi sub primordium amicitiæ nostræ tantum negotii facessam, quod si hunc laborem mei gratia suspicere ac Autores plures de Rebus Aethiopicis, quæ Tibi forte in manus venturi sunt, notare, mihique suppeditare velis, usui id mihi erit, si non ad Opus ipsum, certè ad operis mei Commentarium quem horis succisivis adornare in animo habeo. Sic finiens diutissimè valere Te jubeo, ut laboribus tuis publico sane utilissimis conficiendis par sis.*

Habes sic B. L. mutati Operis-

ris scopum, quem ut confido non ægrè feres, (tam ob novitatem argumenti quam ut tanto Viro gratificarer) utque enim ex titulo apparet *Bibliographiæ* huicce meæ *Historicæ* adjunxi *Chronologicam* & *Geographicam*, absque quarum subsidiis hæc Lux Mundi ferè in tenebris sordesceret. Quodque ob argumentorum similitudinem sparsim suis locis inseruerim *Genealogicorum*, *Heraldicorum*, *Antiquariorum*, *Numariorum*, *Bibliothecariorum* aliorumque hujus generis Scriptorum specimina, confido Tibi non ingratum futurum, quo-

quoniam hæ stellulæ per se quidem lucentes, à Sole tamen Historico illustratæ clarius splendebunt. Hisce interim B. L. fruere, dum majori cum molimine Mathematicam & Mechanicam meam Bibliographiam, aut aliud quidpiam splendidius in publicum irè patiar. Vale & ut cœpisti, conatibus nostris fave.

Universidad de Deusto Biblioteca

BIBLIOGRAPHIÆ

HISTORICÆ, CHRONOLOGICÆ, & GEOGRAPHICÆ NOVISSIMÆ, perpetuo continuandæ ejusque Conspectus primi,

CLASSIS PRIMA

Continens Catalogum Librorum Historicorum, Chronologicorum & Geographicorum &c. qui in quavis Orientali tum Græcâ & Latinâ linguâ, novissimè typis prodierunt.

Lit. A.

ABDALA cognomento ABUSAID BEIDAUI, Historia Sinensis, quam Charaicam vocat, Persicè ab ipso scripta & jam Persicè, è M. S. gemino edita, Latinè item reddita, notisque illustrata, ab A. M. G. B. *Berolini* 1679 in 4.

GEORGIUS ABULPHARAGIUS Specimen Historiæ Arabum, sive Narratio de Origine & Moribus Arabum Operâ Eduardi Pocockii. *Oxonii* 1653 in 4. Historia Dynastiarum Arabice, cum versione & Appendice ejusdem Pocockii *ibid.* 1663. in 4.

JOSEPHUS ABUDÆNUS seu BARBATUS Historia Jacobitarum cum Coptorum in Ægypto, Lybia, Nubia, Æthiopia, & parte Cypri Insulæ habitantium. *Oxonii* 1675. in 12.

ABULPHEDA Descriptio Chorasmiæ & Marvalnahra. Arabicè & Latinè, per Joannem Gravium

edita

Universidad de Deusto

edita. Extat cum Vlughi Beighi Epochis celebrioribus Persice ac Latine per eundem Gravium editis. *Londini* 1651. in 4.

LUCAS d'ACHERII, Vide L. DACHERIUS.

DOMINICUS ACRONIUS Historia Civitatis Franequeræ. *Franequeræ* 1651 in 12.

M. ADAMUS Scriptor Vetustus. Historia Ecclesiastica, Religionis propagatæ Gesta, ex Hamburgensi potissimum, atque Bremensi Ecclesiis, per vicinas Septentrionis Regna, libris quatuor repræsentata, cum aliis antiquis Monumentis, partim nunc primum protractis, edente Joach. Johanne Madero. *Helmstadii* 1670 in 4.

MELCHIOR ADAMUS Vitæ Germanorum Philosophorum, qui seculo superiori, & quod excurrit, Philosophicis ac humanioribus literis clari floruerunt. Cum indice triplici, Personarum gemino, tertio Rerum. *Francofurti* 1653. in 8.

Vitæ Germanorum Medicorum, qui seculo superiori, & quod excurrit, claruerunt, congestæ & ad annum 1620 deductæ. Cum indice itidem triplici ut supra. *ibid.* 1653. in 8.

Vitæ Germanorum Jurisconsultorum & Politicorum, qui superiori seculo, & quod excurrit, floruerunt. Cum indice itidem triplici. *ibid.* 1653. in 8.

Vitæ Germanorum Theologorum, qui superiori seculo Ecclesiam Christi voce scriptisque propagarunt & propugnarunt, congestæ & ad annum 1618 deductæ. Accedunt Decades duæ, continentes Vitas Theologorum Exterorum Principum, qui Ecclesiam Christi, itidem superiori seculo, propagarunt & propugnarunt. Cum indicibus itidem triplicibus. *ibid.* 1653. in 8.

JOANNES ADLZREITERUS Historia Bavarica, sive Boicæ gentis Annalium, Tomi tres. *Monachii* 1662 in folio.

CLA

CLAUDIUS ÆLIANUS Variæ Historiæ libri XIV, Græcè & Latinè, ex emendatione Tanaquilli Fabri. *Salmurii* 1668. in 8.

Eædem Gr. Lat. cum Animadversionibus, seu Notis Johannis Schefferi. *Argentorati* 1662. in 8.

ÆLNOTHUS Monachus Cantuariensis. De Vita & Passione S. Canuti Daniæ Regis. Item Anonymus de Passione S. Caroli Comitis Flandriæ ejus filii. Johannes Meursius edidit & notas addidit. *Hafniæ* 1657. in 4.

ÆMILIUS Probus. Vide CORNELIUS Nepos.

AGATHEMERIS Opusculum Geographicum, cum Compendiariæ Geographiæ Expositionum libris duobus, Gr. Lat. curâ Samuelis Tenulii. *Amstelodami* 1671. in 8.

AGATHIAS Scholasticus Libri quinque de Imperio & Rebus gestis Justiniani Imp. Cum interpretatione & Notis Bonaventuræ Vulcanii. *Parisiis.* 1660 in folio.

HENRICUS CORNELIUS AGRIPPA, De duplici Coronatione Caroli V. Cæsaris apud Bononiam, anno 1530. Extat apud Sim. Schardium Tom. II. Rerum Germanicarum. p. 266. *Gießæ* 1673 in fol.

OTTO AICHER, qui & Dodo RICHEA Theatrum Funebre, exhibens per varias scenas Epitaphia nova, antiqua, seria, jocosa; ævo, ordine, dignitate, genere, sexu, fortunâ, ingenio, adeo, & stylo perquam varia, cum summorum Pontificum & Imperatorum succinctâ Chronologiâ, eorumque Symbolis ac Epitaphiis. In quatuor partes distinctum & sub nomine Dodonis Richeæ editum *Salisburgi* 1665. in 4.

Hortus variarum Inscriptionum veterum & novarum, videlicet Urbium, Templorum, Saccellorum Altarium, Reliquiarum, Cœmiteriorum, Organorum, Horologiorum, Scholarum, Bibliothecarum,

Mu-

Musæorum, Obeliscorum, Columnarum, Pyramidum, Imaginum, Arcuum Triumphalium, Portarum, Arcium, Palatiorum, Aularum, Curiarum. Armamentariorum, Propugnaculorum, Munimentorum, Portuum, Aquæductuum, Thermarum, Pontium, Viarum, Fontium, Hortorum, Villarum, Cænaculorum, Cellarum, Hippodromarum, Officinarum, Monetariarum, Nosocomiorum, Hospitalium, Tumulorum, & in certos locos seu areolas digestarum. *ibid.* 1676. in 8.

Brevis Institutio de Comitiis Veterum Romanorum, libellis tribus comprehensa; quibus accessit libellus quartus de Comitiis Imperii Romano. Germanici. *ibid* 1678. in 12.

AILREDUS Monachus Rievallensis Descriptio Belli Standetdi. Vita Edoardi Regis & Confessoris. Historia de Sanctimoniali de Wattun. Genealogia Regum Anglorum, Extant cum Historiæ Anglicanæ Scriptoribus excusis. *Londini* 1652 in fol.

LEO ab AITZEMA Historia Pacis à Foederatis Belgis ab An. 1621 ad hoc usque tempus tractata. *Lugd. Batav.* 1654. in 4.

GUILIELMUS ALARDUS Specimen Antiquitatis Orthodoxæ. *Lipsiæ* 1672. in 8.

PHILIPPUS ALABAYDUS Clypeus Civitatis Astensis. Liber Apologeticus varia eruditione Institutione & Juribus Regni Italiæ exornatus. *Lugduni* 1656. in 4.

VALENTINUS ALBERTI Cupressus, seu Oratio parentalis æternæ Memoriæ D. Friderici III Daniæ Norwegiæ &c. Regis. *Lipsiæ* 1670. in fol. Fridericus, Dux Saxoniæ, Fortis seu Admonitus dictus, Politicis quibusdam discursibus illustratus, ipso præside prodiit *ibid.* 1675 in 4.

DANIEL ALBINUS Apparatus Historicus quadripartitus. *I.* Manuductio ad Lectionem Historiarum

rum. *II.* Introductio ad Geographiam. *III.* Chronologiæ Canonicæ Compendium. *IV.* Synopsis Historiæ Universalis ab O. C. ad hæc usque tempora. *Hamburgi* 1668. in 4.

NATHAN ALBINUS Bibliotheca Chymica contracta. *Genevæ* 1672. in 8.

ANDREAS ALCIATUS De Formula Romani Imperii. Extat cum Erici Puteani Historiis Insubricis curante Rud. Gotfr. Knichenio editis. *Helmstadii* 1669. in 4.

ALCINOUS de Doctrina Platonis Gr. & Lat. editus à Johanne Fell, cum Syllabo Scriptorum Platonicorum quæ supersunt. *Oxonii* 1667. in 8.

ALDEMARUS Engolismensis Historiæ Francorum seu Chronici ejusdem Aldemari Epitome de Rebus in Aquitania gestis *Parisiis* 1652. in 12.

THOMAS ALDOBRANDINUS Notæ in Diogenem Laërtium de Vitis, Dogmatis & Apophtegmatibus Philosophorum. Extant in ea editione Diogenis Laërtii, quæ prodiit *Londini* 1664. in fol.

PHILIPPUS ALEGAMBE Bibliotheca Scriptorum Societatis Jesu, post excusum Anno 1608 Catalogum R. P. Ribadeneiræ, novo Apparatu Librorum ad Annum 1642 editorum concinnata, & Illustrium Virorum Elogiis adornata. Bibliothecam hanc recognovit & produxit ad Annum Jubilæi 1675. R. P. Nathanael Sotvellus ejusdem Societ. Presb. prodiitque *Romæ* 1676. in folio.

N. ALEMANNUS Notæ ad Procopii Cæsariensis Arcanam Historiam. Extant in ea editione Operum prædicti Procopii, quæ prodiit *Parisiis* 1662. in fol.

NATALIS ALEXANDER Selecta Historiæ Ecclesiasticæ Capita, & in loca ejusdem insignia Dissertationes Historicæ, Chronologicæ, Criticæ, Dogmaticæ per quatuor sæcula divisa, & octo voluminibus

Universidad de Deusto

minibus comprehensa. Accedunt celebris Historia Monothelitarum, atque Honorii controversia, Scrutiniis octo comprehensa. *II.* Dissertatio Polemica de Confessione Sacramentali adversus libros quatuor Johannis Dallæi Calvinistæ, divinam ejus institutionem & usum in Ecclesia perpetuum impugnantes. *III.* Dissertationum Ecclesiasticarum Trias. Dissertatio prima, de divina Episcoporum supra Presbyteros eminentiâ adversus Blondellum; accedit Quæstio de Chorepiscopis. Dissertatio secunda de sacrorum Ministrorum cœlibatu. Tertia, de vulgata Scripturæ versione. *Parisiis* 1679. in 8.

MICHAEL ALFORDUS, Annales Ecclesiastici & Civiles Britannorum, Saxonum, Anglorum, à nato Christo usque ad annum 1189. Tomis quatuor comprehensi. *Leodii* 1663. in folio.

LEO ALLATIUS De Georgiis & eorum scriptis Dissertatio: in qua de Georgiis omnibus agitur, qui Græcè aliquid scripserunt, eorum Monumenta indicantur & in quibus Bibliothecis lateant, aperitur. Edita est hæc dissertatio unà cum Georgii Acropolitæ Chronico Constantinopolitano, quod ex Græco ipso L. Allatio interprete Gr. Lat. prodiit *Parisiis* 1651. in folio.

In Roberti Creyghtonii Apparatum Versionem & Notas ad Historiam Concilii Florentini, scriptam à Sylvestro Sguropulo de Unione inter Græcos & Latinos, Exercitationum Pars prima. *Romæ* 1665. in 4.

De Simeonum scriptis Diatriba. S. Mariæ planctus Simeone Metaphraste authore. Ejusdem aliquot Epistolæ Ipso Allatio interprete, prodierunt *Parisiis* 1664. in 4.

Diatriba de Nilis, & eorum Scriptis. Extat cum Nili Ascetæ Epistolarum lib. IV. qui ipso itidem Allatio interprete Gr. & Lat. prodierunt. *Romæ* 1668. in Fol.

Georg

Georgii Acropolitæ Chronicon Constantinopolitanum ab A. 1203. ad an. 1261. ex Græco Latinè versum dedit. Accedit ejusdem diatriba de Georgiis. *Parisiis.* 1651. in fol.

Catalogus Operum Johannis Damasceni, ipso L. Allatio Collectore. Extat libr. 2do. pag. 445. Operum prædicti Johannis, editionisque *Coloniensis.* 1653. in 8.

Syntagma Historicum, seu de veteris Græciæ Monumentis, de Sanctis Anargyris Cosma & Damiano. Cum interpretatione Latinâ Sim. Wagnereckii. *Viennæ Austriæ* 1660. in 4.

Sub finem libri de Synodo Octava Photiniana *Romæ* 1659. excusi in 8. extat Indiculus Operum ejus impressorum typis Congregationis de Propaganda Fide.

PETRUS ALLIX Dissertationes tres 1. Dissertatio de Sanguine Domini nostri Jesu Christi, ad Epistolam Sancti Augustini 146. quæ num adhuc existat, inquiritur. 2. de Conciliorum quorumvis definitionibus ad examen revocandis. 3. de Tertulliani vita & scriptis. *Parisiis* 1680. in 8.

AMBROSIUS de ALTAMURA, Bibliotheca Dominicana ab ipso accuratis Collectionibus primò ab Ordinis Constitutione, usque ad Annum 1600 producta, hoc seculari Apparatu Incrementum, ac Prosecutio *Romæ* 1677 in fol.

ANTONIUS DADINUS ALTESERRA Asceticon sive Originum Rei Monasticæ libri x. *Tholosæ* 167, in 4.

Rerum Aquitanicarum libri x. 2 voll. *ibid.* 1648 —57 in 4.

ANDREAS ALTHAMERUS In libellum P. Cornelii Taciti, de situ moribus & Populis Germaniæ, Scholia. Extant apud. S. Schardium Tomo I. Rerum Germaniæ pag. 1. *Giessæ* 1673. in fol.

HENRICUS ALTINGIUS Theologia Historica,

Universidad de Deusto

rica sive Systematis Historici loci IV. *Amstelod.* 1664. in 4.

JACOBUS ALTINGIUS Respublica Hebræorum Scholastica, cum Historia Academiarum & promotionum in populo Hebræorum, gemina oratione recitata. *Amstelodami* 1652. in 12.

D. AMBROSIUS Tractatus de Bragmanibus. Unà cum Anonymo Authore de iisdem. *Londini* 1665. in 4.

PEREGRINUS SIMPLICIUS AMERINUS Bellum Civile Helveticum nuperrimum 1656. in 12.

AMMONIUS seu PHILOPONUS Vita Aristotelis cum Scholiis P. Joan. Nunnesii. *Helmstadii* 1667. in 4.

LUCIUS AMPELIUS De Rebus variis discursus. Extat cum L. An. Floro ex editione Salmasii. *Amstelod.* 1665. in 12. item in editione Flori, quæ cum Commentariis Minelli prodiit *Roterodami* 1680. in 12. Separatim vero *Lugd. Bat.* 1655. in 8.

JOHANNES VALENTINUS ANDREÆ Serenissima Domus Augusta Seleniana Princip. Juventutis utrinsque sexus, Pietatis, Eruditionis & Comitatis Exemplum sine pari, ab ipso propositum. *Ulmæ* 1654. in 12.

DANIEL ANGELOCRATOR Rationis Temporum & Rerum totius Orbis Memorabilium ab initio Mundi usque ad Rudolphum II. Imp. libri IX. *Francofurti* 1659. in fol.

CHRISTOPHORUS ANGELUS Status & Ritus Ecclesiæ Græcæ Græcè descripti, Latinè autem conversi & Notis illustrati à Christophoro Fehlavio. *Furti* 1657 in 12. & *Lipsiæ* 1670. in 4.

Prodiit vero emendatus cura Nicolai Blancardi adjectusque est Philippi Cypri Chronico Ecclesiæ Græcæ, quod e Manuscripto Byzantino primus vulgavit

gavit ac Latinè vertit idem Blancardus. *Franekeræ* 1678. in 4.

LEONARDUS de S. ANNA Vita B. Bernardini Realini. *Stabiis* 1656.

MARCUS VERUS ANTONINUS Imperator & Philosophus. De Rebus suis sive de iis quæ ad se pertinere censebat libri XII. Græcè locis haud paucis repurgati, suppleti, restituti, versione insuper Latinâ, lectionibus item variis, Locisque parallelis ad marginem adjectis, ac perpetuo Commentario illustrati, studio, Thomæ Gatakeri. *Cantabrigiæ* 1652. in 4.

NICOLAUS ANTONIUS Bibliotheca Hispana sive Hispanorum, qui usquam unquamve sive Latina sive populari, sive alia quavis lingua scripto aliquid consignaverunt Notitia, his quæ præcesserunt locupletior & certior, brevia Elogia, editorum atque ineditorum Operum Catalogum duabus partibus continens. Quarum hæc ordine quidem rei posterior, conceptu vero prior, duobus Tomis de his agit qui post annum secularem M D. usque ad præsentem diem floruere. *Romæ* 1672. in fol. 2 voll.

APOLLODORUS Grammaticus Atheniensis Bibliotheca de Diis & eorum origine Græce & Latine, Tanaquillus Faber recensuit & Notulas addidit. *Salmurii* 1661. in 8.

APPIANUS Alexandrinus Romanarum Historiarum partes duæ. Pars prior, continens, earum Punicam, Parthicam, Ibericam, Syriacam, Mithridaticam, Annibalicam. Pars altera, continens Bellorum Civilium libros V. Historiæ Celticæ ac Illyricæ Fragmenta, & Excerpta quædam de Legationibus. Alexander Tollius, utrumque textum multis in locis emendavit, correxit & Henrici Stephani, ac Doctorum quorundam Virorum selectas Annotationes adjecit. *Amstelodami* 1670. in 8. 2 voll.

Universidad de Deusto

CÆSAR AQUILINUS de tribus Historicis Concilii Tridentini. *Amstelod.* 1662. in 8.

VITUS ARENBACHIUS Chronicon Boicum. Extat in Opere antiquarum Lectionum Henrici Canisii, quod ex variis Bibliothecis erutum dedit & in quo XII veterum Monumenta exhibentur, estque in his Monumentum primum. *Coloniæ* 1652. in 4.

PAULUS ARINGHUS Roma subterranea novissima, in qua post Antonium Bosium, Joannem Severianum & celebres alios Scriptores, antiqua Christianorum & præcipuè Martyrum Cœmiteria investigantur. *Romæ* 1651. in fol. 2. voll. cum fig. æneis.

Contracta vero ex absolutissimo Opere P. Aringhi, & in portatilem formam concinnata, cum indice rerum & Capitum accuratissimo, prodiit *Arnhemii* 1671. in 12. in qua itidem antiqua Christianorum & præcipuè Martyrum Cœmiteria, Tituli, Monumenta, Epitaphia, Inscriptiones ac nobiliora Sanctorum Sepulchra, tribus libris distincta, fideli enarratione pariter ac graphicis iconibus, seu gemina face illustrantur, plurimæque inde res Ecclesiasticæ declarantur.

JOSUA ARNDIUS Lexicon Antiquitatum Ecclesiasticarum. *Gryphiswaldiæ* 1669 in 4.

ARNOLDUS ABBAS Lubecensis Supplementum ad Chronica Slavorum Helmoldi. Henricus Bangertus è MSS. Codicibus recensuit & Notis illustravit. *Lubecæ* 1659. in 4.

CHRISTOPHORUS ARNOLDUS De Hydriotaphia, hoc est Urnis Sepulchralibus, in Agro Anglorum Nortfolciensi repertis, Epistola gratulatoria. Extat cum Johannis Jacobi Leibnitzii inclutæ Bibliothecæ Norimbergensis Memorabilibus. *Norimbergæ* 1674 in 4. cum fig.

Epistolæ XXX Philologicæ & Historicæ, de Flavii Josephi Testimonio, quod is lib. XVIII Antiquitatum Cap.

Cap. IV. de Jesu Christo tribuit. *ibid.* 1661. in 12.

De variis Rebus Historicis ac Philologicis Spicilegium. *ibid* 1661. in 8.

HENRICUS ARNOLDI Exercitium Academicum de Campanarum usu. *Altorffi* 1665. in 12.

JOHANNES GERHARDUS ARNOLDI Numa Pompilius, secundus Romanorum Rex. *Durlaci* 1670. in 4.

ARRIANUS De Expeditione Alexandri Magni Historiarum libri VII. Ejusdemque Indica ex Bonavent. Vulcanii interpretatione. Nicolaus Blancardus è veteribus libris recensuit, Versionem Latinam emendavit, octo libros Animadversionum adjecit. *Amstelod.* 1668. in 8.

Ex editione Athanasii Guggeri prodiit *Ulmæ* 1659. in 12.

Tactica & Mauritii Ars Militaris, ex editione Jo. Schefferi *Upsaliæ* 1664. in 8.

GEORGIUS ASHWELLUS de Socino & Socinianismo dissertatio. *Oxonii* 1680. in 8.

LUDOVICUS DONIUS ATTICHIUS (d'Attichii) Historia Sacri Collegii S. R. E. Cardinalium, in qua res ab ipsis septem seculorum decursu gestæ, ordine Chronologico distinctæ atque digestæ describuntur, ab A. Christi M XLIX quo ferè Cœpit Cardinalitia dignitas, ad postrema nostra tempora. 3. voll. *Parisiis* 1660. in fol.

NICOLAUS AVANCINUS Virtutes Leopoldi Guilelmi Archiducis Austriæ. *Antverpiæ* 1665. in 4.

CAROLUS AUGERIUS Invitatio ad Illustr. Comitis Avauxii p. m. funus. *Parisiis* 1651 in fol.

ANTONIUS AUGUSTINUS Dialogi XI Antiquitatum Romanarum & Hispanicarum in Nummis veterum, Andreas Schottus ex Hispanico idiomate Latinè reddidit, duodecimumque dialogum addidit. Quibus sparsim accedunt Icones à Jacobo Biæo æri

Universidad de Deusto

graphicè incisæ. *Antverpiæ* 1654. in fol.

AURELIUS AUGUSTINUS De Hæresibus ad Quod vult Deum, emendatus & Commentariis illustratus, operâ Danæi; quo additæ sunt Hæreses ab Orbe Condito ad constitutum Papisinum & Muhametismum. *Helmstadii* 1673. in 4.

MICHAEL AUGUSTUS Gratulatio ad patriam Wurtembergam, de reditu Principis Ulrichi; cum aliis ejusdem eadem de re versibus Extat apud *S.* Schardium Tomo II. Rerum Germaniæ. p. 295. *Giessæ* 1673 in fol.

JOANNES AURATUS, Poëma in Guisii Ducis ex *Italia* reditum. Extat apud Schardium Tom. II. Rerum German. p. 28.

Aliud ejusdem de Caleto urbe, nuper à Gallis buisio Duce recepta. Extat ibid.

Aliud ejusdem ad Henricum Valesium Regem Francorum de Caletica Victoria. *Extat* ibid. pag. 29.

Aliud ejusdem de Rege Henrico in equo veredo ad Caletes vecto. Extat ibid.

PHILIPPUS LUDOVICUS AUTHÆUS, Index Historicus Rerum potissimum in negotio Religionis gestarum ab anno 1617. *Francof.* 1675. in 12.

AUTHORES HISTORICI CHRONOLOGICI & GEOGRAPHICI VARII.

Schardius Redivivus sive Rerum Germanicarum Scriptores varii, olim à D. Simone Schardio in IV. Tomos collecti, hactenus diu desiderati. Opus omnibus Historiarum, Politiarum, *Antiquitatis*, & Juris Publici Amatoribus cumprimis utile & necessarium; Nunc primum varietate Typorum, Axiomata Politica & maxime necessaria repræsentante, distinctum, à vitiis repurgatum, & ad seculum nostrum accommodatum. Adjectus est cuilibet Tomo Index Authorum, & in fine Index ad IV Tomos universalis locupletissimus, Historica, Politica, Geographica,

graphica, Publici Juris Principia ad formam locorum communium referens. Opera Hieronymi Thomæ, Augustani *I. U. L. Giessæ* 1673 in folio.

Series Tomorum in iisque Contentorum.

TOMUS *PRIMUS* Continet Germanorum potissimam originem, varias Migrationes, divisiones, appellationes, bella atque alia ante Romanorum tempora, & cum his fortiter gesta; Item, Translationem *Imperii* Romani ad Germanos, & quorundam Germanicorum *Imperatorum* Acta, usque ad tempora ferè CAROLI V.

Authorum, Tractatuum, & Librorum Catalogus, in hoc primo Tomo contentorum; qui eo ordine hic enumerantur, quo in hunc primum tomum sunt relati.

Andreæ Althameri in libellum P. Cornelii Taciti, de situ, moribus & *Populis* Germaniæ, *Scholia*. pag. 1.

Jodoci Willichii in eundem Cornelii Taciti libellum Commentaria. p. 38.

Henrici Glareani in eundem libellum Commentariolus, vetera ejus vocabula paucis explicans. p. 70.

Philippus Melanchton de vocabulis Regionum & Gentium quæ recensentur à Tacito. p. 77.

Germaniæ ex variis scriptoribus brevis explicatio, Bilibaldi *Pirckheimeri*. p. 81.

Henrici Bebelii Oratio ad Maximilianum I. Cæsarem, de ejus atque Germaniæ laudibus. p. 95.

Ejusdem Carmina & Epistolæ quædam. p. 104. 105.

Demonstratio ejusdem Germanos esse indigenas p. 108.

Apologia ejusdē pro defensione Imperatorum contra Leonhartum Justinianum, & alios qui nomē Imperatoris extenuant, & coronationem eorundem deciderit p. 180

Idem Imperatorem Christianum jure Christianissimum esse dicendum. p. 116.

Idem de laude, antiquitate, imperio, victoriis, rebusque gestis veterum Germanorum. p. 117.

Idem de laude Suevorum & Udalrici Ducis Wirtenbergensis, &c. Et de proditione & captivitate Ducis Mediolanensis, &c. p. 135.

De

De Origine Francorum Trittenhemius ex sex libris Vuastbaldi de introitu Sicambrorum, ad partes Rheni in Germaniam, & sex Hunibaldi de Francis, deduxit autem Epitomen usque ad Imperium Arnulphi Cæsaris. p. 143.

Epitoma Germanicarum rerum Jacobi Wimphelingii. p. 170.

Sermones Convivales Conradi Peutingeri ad illustrationem Germaniæ pertinentes. p. 200.

Ulrici Hutteni Arminius, Dialogus de laude Germanorum. p. 214.

Libertas Germaniæ, &c. scripta ab Hieronymo Gebuvilerio de origine Francorum eorumque Regibus, quos Germanos fuisse, ut & civitates & populos, Transrhenanam ripam incolentes probat: Idem de laude Imperatorum Germanorum. pag. 219.

Conradi Celtis de situ & moribus Germaniæ. pag. 226.

Æneæ Sylvii Germania, in qua urbes, Civitates, Ecclesias, Episcopatus, Principatus, & Nobilissimas familias Germanorum describit. p. 229.

Germaniæ Universalis & particularis, veteris & novæ descriptio, per Sebastianum Munsterum, pro Tabula Nicolai Cusæ intelligenda, cum Canone ejusdem Tabulæ. p. 238.

Historia Georgii Spalatini de Arminio Germanorum Duce contra Romanos, de Germanico in Latinum conversa, à Petro Keulero. p. 259.

Priscæ ac veræ Alpinæ Rhætiæ cum cætero Alpinarum Gentium tractu, authore Ægidio Schudo, descriptio. p. 269.

Ejusdem Epistolæ ad Beatum Rhenanum de Lentiensium, Germanorum, Augustæ Vindelicorum, Octodori Veragrorum, Equestris Coloniæ nomine & situ cum explicatione nominum aliorum quorundam in Germaniâ locorum. p. 303.

Joan-

Joannes Heroldi Commentarius de Romanorum in Rhetia littorali stationibus, ac ex iis de Virorum Municipiorum & Villarum, &c. originibus. pag. 307.

Helvetiæ descriptio, authore Henrico Glareano, cum commentario Osvaldi Molitoris. Lucerini. pag. 315.

Ejusdem Glareani Panegyricon in laudem 4. Pagorum & tredecim Urbium Helvetiorum, cum ejusdem Molitoris commentario p. 326.

Huberti Thomæ Leodii de Tungris & Eburonibus, aliisque inferioris Germaniæ populis, Commentarius. p. 336.

Petri Divæi Lovaniensis, de Galliæ Belgicæ antiquitatibus, statum ejus, quem sub Romanorum Imperio habuit, complectens. p. 354.

Monachi cujusdam Herveldensis Chronicon, in quo initio ferè à Carolo Magno facto, paucis res gestas Imperatorum Germanorum, & quo alioquin in Imperio acciderint, perstringit, usque ad Henricum III. cujus vitam & res memorabiles pace belloque gestas, usque ad Electionem Rudolphi Ducis Sueviæ, qui Henrico fuit instinctu Pontificis substitutus, pluribus persequitur. p. 370.

De nominibus propriis Germanorum Opusculum Studiosi Antiquitatis. p. 441.

Tomus Secundus Continet Historias sub Gubernatione Caroli Quinti Imperatoris usque ad ejusdem Imperatoris abdicationem.

Authorum, Librorum, & Opusculorum, quæ in Secundo Tomo continentur, Catalogus.

Georgius Sabinus de Electione & Coronatione Caroli V. Imperatoris, cum Epigrammatibus quibusdam Hermanni Comitis Nevenarii. p. 1.

Hartmannus Maurus Consiliarius Archiepiscopi Coloniensis de Coronatione Caroli V. Imperatoris apud

Aquis-

Universidad de Deusto Biblioteca

Aquisgranum. p. 17.

Hieronymi Balbi Episcopi Gurcensis, de futuris Caroli V. Cæsaris Augusti successibus, vaticinium. p. 29.

Wurtembergiæ libri duo, de Hulderichi Wurtembergensis in eo potissimum bello, quod ei à Fœderatis Suevis illatum fuit, Authore Johanne Tethingero Pedio. p. 31.

Ejusdem Commentarius de Wurtembergiæ rebus gestis Huldricho Principe lib. 3. p. 56.

Justini Gobleri narratio, de bello Hildensheimensi inter Ericum Brunsvicensem, & Episcopum Hildensheimensem, anno 1519. durante Interregno gesto, &c. p. 81.

Rerum gestarum narratio succincta, quæ in Dania & Suecia, ab iisque his finitimis locis ab anno M. D. X. usque ad annum XX. Christierno II. Rege Suecia imperante, acciderunt: quibus adjecta est ejusdem Regis vitæ & coronationis brevis descriptio, Authore incerto. p. 84.

De bello Rhodio libri tres, Jacobo Fontano Brugensi Authore. p. 88.

Actio memorabilis Francisci à Siccingen cum Trevirorum obsidione, tum exitus ejusdem: Bartholomæo Latomo Arlunensi Authore. p. 121.

Rusticorum tumultuum in Germania anno 1525. excitatorum, & à Magistratibus repressorum Historia, Petro Gnodalio Authore. p. 131.

Galeatii Capellæ de rebus pro restitutione Francisci Secundi Mediolanensium Ducis, Commentariorum lib. 8. p. 175.

Stephanus Brodericus de clade Ludovici II. Hungariæ Regis. p. 218.

Commentarius captæ urbis Romæ, anno 1527. Ductore Carolo Borbonio, cum præfatione Joachimi Camerarii, &c. p. 230.

Caro-

Carolus, sive Vienna Austriaca. p. 233.

Carolus, sive Tuncte. p. 235.

Viennæ Austriæ urbis à Sultano Solymanno obsessæ Historia. p. 237.

Belli Pannonici per Illustrissimum Principem Fredericum Comitem Palatinum, &c. contra Solymannum, &c. gesti, liber unus, Melchiore Soitero à Vinda Authore. p. 248.

Henricus Cornelius Agrippa de duplici coronatione Caroli V. Cæsaris apud Bononiam, anno 1530. p. 266.

Victoriæ D. Sigismundi I. Regis Poloniæ contra Waivodam Muldaviæ, olim Daciæ, &c. Authore Johanne Dantisco. &c. Episcopo Culmensi. p. 279.

H. Eobani Hessi Gratulatoria acclamatio ad Philippum Hassorum, &c. Principem, de victoria Wurtembergensi, &c. p. 280.

Oratio de expulso & restituto Duce Wurtemburgensi Ulricho, Marpurgi habita à Nicolao As. Barbato. p. 285.

Michaelis Augusti Wurtembergensis, gratulatio ad patriam, de reditu Principis Ulrichi, cum aliis ejusdem eadem de re versibus. p. 295.

Tumultuum Anabaptistarum liber unus. Authore Lamberto Hortensio Montfortio. p. 298.

De miserabili Monasterjensium Anabaptistarum obsidione, excidio, memorabilibus rebus, tempore obsidionis, in urbe gestis, &c. Libellus Antonii Corvini ad Georgium Spaletinum. p. 314.

Diarium expeditionis Tunetanæ à Carolo V. Imperatore anno 1535. susceptæ, Johanne Etropio Authore. p. 320.

Eadem de re, quibusque artibus Hariadenus, &c. cognomento Barbarossa Regno Tunetano potitus sit, ex Pauli Jovii Historiarum sui temporis lib. 33. fragmentum. p. 343.

Nico-

Nicolaus Villagogno Eques Rhodius de Caroli V. Cæsaris expeditione in Africam, ad Argieram p. 365.

Johannis Christophori Calveti Stellæ, de Aphrodisio expugnato, &c. commentarius. p. 371.

Christophori Richerii Thorignei, &c. de Rebus Turcarum ad Franciscum Gallorum Regem lib. 5. p. 382.

De Origine Turcarum & ortu Ottomanni, & ordine ad disciplinam Turcicæ militiæ. p. 403.

Commemoratio causarum à Schmalcaldici Fœderis Sociis edita, belli à se, contra Henricum Brunsvicensem, anno 1542 suscepti, cum expositione Historiæ, quomodo ab iisdem Ducatu exutus & captus sit. p. 407.

Iisdem de rebus Narratio Mauritii Ducis Saxoniæ, cum epistolis eiusdem, & Henrici Ducis Brunsvicensis eorumque Consiliariorum. p. 415.

Ex Pauli Jovii lib. 44. Historiarum, sui temporis de bello Juliacensi fragmentum. p. 422.

Johannis Martini Stellæ de Turcarum in Regno Hungariæ, anno 1543. & 44. successibus, ad fratres, &c.

Epistola Prima. p. 425.
Secunda p. 429.
Tertia p. 432.
Quarta p. 434.

Ejusdem descriptio, & munitio Altenburgi arcis dotalis Reginæ Mariæ, &c. p. 436.

Ejusdem descriptio & munitio urbis Viennæ. p. 438.

Lamberti Hortensii Montfortii Historici de bello Germanico libri 7. p. 441.

Descriptio pugnæ, qua Johannes Fridericus Elector Saxoniæ à Cæsare non procul à Mulberg Saxoniæ oppido, die 24 Aprilis, anno 47. captus est. p. 506.

Nicolaus Mameranus de investituta regalium Maurit-

itio Duci Saxoniæ 24 Febr. anno 48 facta, ubi simul vestitus, incedendi & sedendi, ac Electorum ordo in ejusmodi celebritatibus describitur. p. 508.

Historia belli Magdeburgensis, anno 1550 & 1551 gestis, Sebastiano Besselmejero, cive Magdeburgensi Authore p. 518.

Rerum ad Agriam anno 1552 gestarum narratio Johannis Sambuci p. 539.

Expugnatio acris Temesvari ab eodem descripta anno 1552 p. 540.

Historia expeditionis ab Henrico Rege Francorum in Germaniam susceptæ, & occupatæ ab eodem urbis Metensis, & à Carolo V. Cæsare obsessæ, desumpta ex lib. 24. Commentariorum Johannis Sleidani. p. 543.

Historia infelicis pugnæ inter Mauritium Electorem Saxoniæ, & Albertum Marchionem Brandeburgicum una cum Mauritii funeris & sepulturæ descriptione. Authore Thoma Wintzero Dresdensi, atque Epigrammatibus Georgii Fabricii. p. 559.

Alia in eundem Electorem Epigrammata. p. 567.

Ecloga de ejusdem morte. ibid.

Oratio Lipsiæ ad ejusdem Electoris funus, cum præduceretur 13. Kalend. Jul. habita à Joachimo Camerario. p. 569.

In ejusdem obitum Epitaphia ab eodem Camerario scripta. p. 576.

De Morini, quod Therovanum vocant, & Hedini expugnatione, deque prælio apud Rentiacum & omnibus inter Cæsarianos & Gallos usque ad annum 1556. vario eventu gestis, narratio & Dialogus, Jacobo Basilico Marcheto Despota Sami, Authore p. 577.

Rei contra Turcas anno 1556. gestæ, brevis descriptio, cum adjecta Chorographia Wolfgango Lazio Viennensi &c. Authore p. 581.

Rerum

Universidad de Deusto Biblioteca

Rerum contra Turcas auspiciis Ferdinandi Austriaci, Cæsaris F. anno 1556. in Interramnesi Pannoniæ gestarum, Historiola; Dialogo confecta Authore Basilio Joanne Herold. p. 585.

Nicolai Mammerani D. Caroli V. gestarum ab ipsius electione, anno 1519, mense Junio facta usque ad annum 48 relatio sive Epitome. p. 601.

Ejusdem Epigramma de laboribus Caroli v. pag. 607.

Papiensis Obsidionis, & eorum, quæ in ea acciderunt, Historica narratio, ab Hadriano Barlando, professore Lovaniensi descripta. p. 607.

Quomodo à Cæsariano exercitu 6. May anno 1527. Roma capta & direpta sit. p. 611.

Johannis Staphylei de causis exidii urbis Romæ, anno 1527. ad Rotæ auditores oratio, p. 613.

De capta & direpta Urbe Roma anno 1527. P. M. Oratio. p. 614.

De puella, quæ sine cibo & potu vitam per annos aliquot in pago Roed, Spirensis Episcopi ditione subjecto, egit, brevis narratio, Gerardi Buscoldiani Physici Regii. pag. 618.

Damiani Goes Equitis Lusitani de Obsidione Lovanii, & captivitate sua ad Carolum v. narratio. p. 620

P. V. narratio, de vicissitudine rerum, quæ anno Domini 1553. Mense Julio in Regno Britanniæ acciderunt. p. 631.

Narratio eorum, quæ in Anglicano Conventu, Londini habito inter Regis Cardinalem Polum & populum de Religione Pap. restituenda, acta sunt, &c. p. 636.

De Abdicatione seu renunciatione Imperii & Regnorum à Carolo V. Imperatore, anno 1555. & Electione Ferdinandi Imperatoris anno 1558. facta, rebusque quæ inter utrumque acciderunt, Wilhelmi Go-

Godelevæi Historiolæ p. 638.

TOMUS TERTIUS Continet Historias sub Gubernati Ferdinandi I. Imperatoris, & Epitomen rerum ab A. Domini M. D. LVIII. usque ad finem anni MDLXIV. in variis orbis partibus gestarum.

Authorum, Librorum, Opusculorum & Tractatuum, qui in hoc Tertio Tomo continentur, Elenchus.

De cæde Domini Melchioris Zobelii Wurtzburgici Episcopi: ac Orientalis Franciæ Ducis, Historica narratio, Authore Petro Lotichio. p. 1.

Caspari Stillini Satyra in Sicarios qui D. Melchiorem Zobel, Episcopum Herbipolensem ex insidiis adorti anno Domini 1558 die Aprilis crudeliter interfecerunt p. 5.

Guilielmi Paradini, de motibus Galliæ, & expugnato receptoque Itio Caletorum, anno 1558 pag. 9.

Adriani Turnebi de Calisio capto Panegyris pag. 19.

Eadem de re ad Henricum II. Francorum Regem aliud Carmen p. 22.

Eadem de re Michaëlis Hospitalii ad Franciscum Lotharingum Guisiorum Principem Epistola pag. 24.

Eadem de re aliud ejusdem Carmen p. 26.

In reditum ab expugnatione Caleti Francisci Lotareni Guisiorum Ducis aliud p. 27.

In reditum ejusdem Ducis, Joachimus Bellajus ibid.

De Theavilla capta Michaëlis Hospitalii carmen. ibid.

Johannis Aurati Poëma in Guisii Ducis ex Italia reditum. p. 28.

Aliud ejusdem de Caleta urbe nuper à Gallis Guisio Duce recepta. ibid.

Aliud

Universidad de Deusto Biblioteca

Aliud, ejusdem ad Henricum Valesium Regem Francorum de Caletica victoria p. 29.

Aliud ejusdem de Rege Henrico in equo veredo ad Caletes vecto. ibid.

Davidis Georgii Hollandi Hæresiarchæ Vita & Doctrina, quamdiu Basileæ fuit, tum quid post ejus mortem cum cadavere, libris, ac reliqua ejus familia actum sit, per Rectorem & Academiam Basiliensem in gratiam amplissimi Senatus ejus urbis conscripta. pag. 30.

Tertii belli descriptio, quod magnus Rutenorum Princeps contra Livones gessit, anno 1558. quo civitas & Provincia Torpatensis à Moscovitis expugnata & victa est p. 39.

Historia belli Dithmarsici gesti anno 1559 à Rege Daniæ Friderico & Slesvici ac Holsatiæ Ducibus. pag. 46.

Item ejusdem Regis Friderici Coronatio, facta anno eodem, die mensis Augusti 20. descripta carmine ab Hieronymo Hosio Poeta laureato p. 65.

Elogium seu effigies Johannis Rantzovii Equitis Holsati aurati. p. 74.

Aliud sub ejusdem effigie. p. 76.

Epitaphia varia in ejusdem obitum & tumulum conscripta, anno Domini 1565. mense Decembri, cujus die 12 à vitâ decessit. p. 77.

De sepultura & exequiis funebribus ejusdem Appendix per Christophorum Kellinghausen Hamburgensem. pag. 80.

Aliud ejusdem Epitaphium in eundem Joannem Rantzovium. p. 82.

Vera narratio, quomodo D. Maximilianus Bohemiæ Rex &c. electus fuerit in Regem Romanorum Francofurti ad Moenum, anno Domini 1562. die 24 Novembr. p. 83,

Narratio de gloriosa & solenni Coronatione Romanorum

norum, Regis, Divi Maximiliani facta eodem loco & anno, die ultimo Novembr. p. 85.

Convivii Cæsarei descriptio eodem die celebrati. pag. 86.

De Electione & Inauguratione Maximiliani II. Romanorum Regis. Francofurti ad Moenum, anno 1562 Historiæ, per Adamum & Nicolaum Heydenos fratres descripta. p. 88.

Johannis Posthii Germersheimii Carmen gratulatorium ad Divum Maximilianum II. Rom. Reg. p. 92.

Ejusdem in eundem finem, & in ea, quæ in ejusdem Regis inauguratione acta sunt, varia Epigrammata. pag. 94.

Martini Huberi Basiliensis Epigramma in Carmen Gratulatorium Posthii. ibid.

Johannis Lauterbachii, ad eundem D. Maximilianum II. Romanorum Regem carmina gratulatoria, & in ejusdem coronationem Epigrammata. p. 95.

Relatio Ebraimi Strotscheni Solymanni, Turcici Cæsaris Legati ad D. Ferdinandum ejus nominis I. Francofurti, anno 1562 die 27 Novemb. in Conventu Electorum & Principum linguâ Sclavonicâ recitata, cum Catalogo Comitum ejusdem. p. 96.

Exemplar literarum creditoriarum eidem Legato in causa induciarum octennalium, ad Ferdinandum Cæsarem à Solymanno datarum. p. 97.

Catalogus Electorum, Principum, Legatorum, Comitum, Baronum, Nobilium & Doctorum Virorum, qui huic inaugurationi interfuerunt. p. 99.

Expositio causarum, quibus Elisabetha Angliæ Regina commota est cur militem coëgerit, intuitu Gallicorum motuum. p. 110.

Ad Confessionem sive indicium Joannis Poltronii, de cæde Francisci Guisionum Ducis responsio Amiraldi Franciæ & reliquorum, quorum nomina in eo indicio edita jactantur, 21 Februarii, anno Domini

ni 1562. in pago S. Hilarii ad Mesminum facta. pag. 113.

Epitome rerum gestarum in variis orbis partibus à Confirmatione Ferdinandi Cæsaris, sub ejusdem Imperio inde gestarum ex variis aliorum scriptis ab anno 1558, usque ad finem anni 1564. magna diligentia & studio à D. Simone Schardio, &c. collecta. pag. 123.

TOMUS QUARTUS Continet Historias, sub Gubernatione Maxmiliani II. Imperatoris, & Epitomes rerum ab anno Dn. MDLXV. usque ad Annum MDLXXII. in variis Orbis partibus gestarum. Authore D. Simone Schardio, Icto.

Authorum, Opusculorum & Librorum qui in hoc Quarto Tomo continentur Elenchus.

Rerum à Turcis in insula Melita gestarum, Hieronymi Comitis Alexandrini tractatio. pag. 1.

Expugnatio arcis Tokay, anno 1565. per Lazarum à Schwende receptæ Authore Joanne Sambuco. p. 23.

Historia Sigethi totius Sclavoniæ fortissimi propugnaculi à Solymanni Turcarum Imperatoris exercitu, anno 1566 capto ex Croatico sermone in Latinum conversa. p. 25.

Epitaphia varia in Nicolai Zerinii Comitis mortem, præsidium, Sigethium & Julæum, &c. p. 32.

Historica descriptio susceptæ à Cæsarea Majestate executionis, contra proscriptos, eorumque receptatorem, & captæ Gothæ, soloque æquati castri Grimmenstein, anno Dni. 1567, 13 Apr. p. 34.

Epitome rerum gestarum in variis orbis partibus sub imperatore Maximiliano secundo, ab an. 1565. usque ad 1572 diem 21 Julii à Simone Schardio Juris Doctore, &c. conscripta.

Anni 1565. incipit	p. 41
1566	p. 44
1567	p. 58
1568	

1568	
1569	p. 69
1570	p. 115
1571	p. 135
1572	p. 153
	p. 174

HIstoriæ Augustæ Scriptores VI. Ælius Spartianus, Julius Capitolinus, Ælius Lampridius, Vulc. Gallicanus, Trebellius Pollio, Flavius Vopiscus. Cum integris Notis Isaaci Casauboni, Cl. Salmasii & Jani Gruteri. Cum indicibus locupletissimis Rerum ac Verborum. *Lugduni Batavorum.* 1671. in 8. 2 voll.

Iidem cum Notis Ulrici Obrechti cumque indice Christophori Artopæi *Argent.* 1677 in 8.

Historiæ Anglicanæ Scriptores X. Simeon Monachus, Joannes Prior, Ricardus Prior, Ailrodus Abbas, Radulphus de Diceto, Johannes Prompton, Gervasius Monachus, Thomas Stubbi, Guilielmus Thorn & Henricus Kingthon. *Londini* 1652. in folio.

Respublica Helvetica diversorum Authorum. *Amstelodami* 1653 in 24.

Testimonium adversus Gerseniastas triplex Lucæ Holstenii, Leonis Allatii & Capilli de Capua Benedictini. *Parisiis* 1652. in 8.

Mythographi Latini C. Jul. Hyginus, Fab. Planciades Fulgentius, Lactantius Placidus, Albricus Philosophus, Thomas Mnncherus omnes ex Libris MSS. partim conjecturis verisimilibus emendavit, & Commentariis perpetuis, qui instar Bibliothecæ Historiæ fabularis esse possint, instruxit; præmissa est dissertatio de Auctore, stylo & ætate Mythologiæ quæ C. Jul. Hygini Augusti liberti nomen præfert. *Amstelod.* 1680. in 8.

Panegyrici veteres jussu Christianissimi Regis in usum

Serenissi Delphini. interpretatione & Notis illustravit Jacobus de la Baune, *Parisiis* 1677. in 4.

Rerum Germanicarum Tomi duo, continentes Ottonem Frisingensem, Ottonem de S. Blasio, Hermannum Contractum. Bertoldum Constantiensem Presb. Radevicum Frisingensem. Conradum Episcopum, Monachum de S. Justina Paduanæ. Annales Cistercienses. Conradum Uccerium, M. Albertum Argentinensem, &c. Collectore Christ. Urstisio. *Francofurti* 1670. in fol.

Petrus AXEN, Elogium sepulchrale Catharinæ Elisabethæ. *Dresdæ* 1667. in fol.

Historia Pacis Ludovici XIV. Galliæ & Philippi IV. Hispaniæ Regum. *Lipsiæ* 1636. in 8.

Lit. B.

A. M. G. B. Abdalæ cogn. Abu-Said Beidavi, Historiam Sinensem quam Chataicam vocant, Persicè ab ipso scripta ex gemino exemplari M. S. Persicè & Latinè notisque illustratam edidit. *Berolini*. 1679. in 8.

FRANCISCUS BACO, Baro Verulamii. Opera omnia quæ extant, Philosophica, Moralia, Politica, Historica & complures alii Tractatus, nunquam ante hac conjunctim edita. Præfigitur eiusdem vita. *Francof.* 1665. in fol.

Historia Regni Henrici VII. Angliæ Regis, Opus verè Politicum. *Amstelod.* 1662 in 12.

JOHANNES de BADO AUREO, Tractatus de Armis. Extat cum Nic. Uptoni de studio Militari libris IV. & aliis similibus Tractatibus, quos Edoardus Bissæus è Codd. M S S. primus publici juris fecit, notisque illustravit. *Londini* 1654. in fol. cum figuris æneis.

BENEDICTUS BAHRIUS, Orationes illustriores Historicorum. *Stralsundi* 1653. in 8.

M. L.

M. LUDOVICUS BAIL, Summa Conciliorum omnium ordinata, aucta, illustrata ex Merlini, Joverii, Binii, Corioliani, Sirmondi, aliorumque collectionibus & manuscriptis aliquot. Sed Collegium Synodicum in sex classes distributum. I. Conciliorum Veteris Testamenti. II. Conciliorum in Oriente celebratorum. III. Generalium in Occidente. IV. Vulgatorum Provincialium per cuncta secula. V. Additorum ex variis Regionibus maximè ex Galliis. VI. Aliquot decreta Pontificum ac Synodos diocesanas exhibet, Editio recens, cum Annotationibus & controversiis Historicis, partim dogmaticis, ab Authore denuò ante obitum emendata ac plurimum aucta. Accessit index Rerum & Verborum locupletissimus, ordine Alphabetico digestus qui in præcedentibus Tomis desiderabatur. Tomus primus, tres priores classes continens. *Parisiis* 1672. in fol. Prior editio prodierat *ibid.* 1659. in fol.

Sapientia foris prædicans, seu Bibliotheca Concionatoria, in qua illustria per omnes ætates & secula Concionatorum Elogia, Historiæ, Artes & Florilegia exhibentur. *ibid.* 1666. in 4.

ROBERTUS BAILIUS, Opus Historicum & Chronologicum. *Amstelod.* 1663. in fol.

BOHUSLAUS BALBINUS, Epitome Historica rerum Bohemicarum, quam ob venerationem Christianæ Antiquitatis, & prima in Bohemia Collegialis Ecclesiæ honorem, Boleslaviensem Historiam placuit appellare. In ea pleraque in Historiis nostris incuria controversa, obscura multa item ab aliis præterita, summa fide, diligentia, claritate & brevitate quinque libris explicantur & statuuntur. Adjecti sunt libri duo (VI & VII.) de antiquissimo Boleslaviensis Ecclesiæ Collegio, deque origine & miraculis magnæ Dei matris, quæ ibidem in Basilica sua summa populi veneratione colitur. *Prag.* 1678 in fol.

Vita Venerab. Arnesti, primi Pragensis Archiepiscopi. In qua totius Regni Bohemiæ Historia multum illustratur. 1664. in 4.

BENEDICTUS BALDUINUS, De Calceo antiquo, & Julius Negronius de Caligâ Veterum. Accesserunt ex Q. Sept. Fl. Tertulliani, Cl. Salmasii & Alb. Ruberii scriptis plurima ejusdem argumenti. In his scriptores veteres quam plurimi explicantur & emendantur, nec non res ipsæ, adjectis æneis figuris, illustrantur. *Amstelod.* 1667. in 12.

CHRISTIANUS ADOLPHUS BALDUINUS. Observatio circa Urnas Gentilium Germanorum. *Haynæ* 1677. in 4.

STEPHANUS BALUZIUS, Concilia Galliæ Narbonensis cum Notis edidit *Parisiis* 1668. in 8.

Miscellanea, hoc est, Collectio veterum Monumentorum, quæ hactenus latuerant in variis Codicibus ac Bibliothecis. *ibid.* 1679 in 8. 2 voll.

LAURENTIUS BANCK, Roma Triumphans. *Amstelod.* 1657 in 12.

JOHANNES BANGERTUS, Helmodi & Arnoldi Chronica Slavorum, è MSS. Codicibus recensuit & notis illustravit. *Lubec.* 1659. in 4.

THOMAS BANGIUS, Hermes & Pan Hebraicus supremæ Philosophiæ consecratus. *Hafn.* 1651. in 4.

Phosphorus Inscriptionis Hierosymbolicæ Paræneticus & Votivus, Serenissimo Friderico III. Daniæ Regi consecratus. *ibid.* 1651. in fol.

NICOLAUS AS. BARBATUS, Oratio de expulso & restituto Duce Wurtembergensi Ulrico, Marpurgi ab ipso habita. Extat apud Schardium Tom. II. Rerum Germaniæ. pag. 285. *Giessæ* 1673. in fol.

JOHANNES BARCLAJUS, Argenis nunc primum illustrata *Lugd. Batav.* & *Roterod.* 1664. in 8.

Argenis cum clave. *Lipsiæ* 1659 in 12. *Amsterd.* 1664. in 12. *Norib.* 1670. in 12. *Amstelod.* 1654 in 24.

Argenis figuris æneis illustrata suffixo clave, hoc est, nominum propriorum Explicatione atque Indice locupletissimo. *Norib.* 1673. in 12.

Argenis in compendium missa per Jo. Erasm. Seifartum. 1676 in 12.

Archombrotus & Theopompus sive Argenidis secunda & tertia pars, ubi de Institutione Principis Authore Theandro Bugnotio. *Lugd. Batav.* & *Roterod.* 1659. in 8.

Euphormionis Lusinini sive Jo. Barclaii Satyricon, nunc primum in sex partes dispertitum, & Notis illustratum, cum Clavi. Accessit Conspiratio Anglicana. *Lugd. Batav.* 1674. in 8.

Idem quinque partibus. *Witteb.* 1671. in 12.

Icon animorum cum indice Capitum & verborum. *Ffurti* & *Marpurgi.* 1668. in 12.

CLEMENS BARKESDALE, Obitus & Elogia Doctorum Virorum ex Thuano. *Londini* 1671. in 8.

HADRIANUS BARLANDUS, Chronica Brabantiæ Ductum. *Bruxellis* 1665 in 12.

Papiensis obsidionis & eorum, quæ in ea acciderunt, Historica Narratio. Extat apud Schardium Tomo II. Rerum Germaniæ. p. 607. *Giessæ* 1673. in fol.

CASPAR BARLÆUS, Rerum per octennium in Brasiliâ & alibi gestarum, sub Præfecturâ Illustris. Comitis Johannis Mauritii Nassoviæ, &c. Comitis. Editio secunda, cui accesserunt Guil. Pisonis Tractatus I. de Acribus Aquis & Locis in Brasilia. 2. de Arundine sacharifera. 3. de Melle sylvestri. 4. de Radice altili Maudihoca. *Clevis* 1660 in 8. cum fig. æneis.

Universidad de Deusto Biblioteca

HIERONYMUS BARNABÆUS, Vita Cæsaris Baronii, Cardinalis *Romæ*, 1651. in 4.

JOSUA BARNES, Estheræ Historia, Poëtice Paraphrasi idque Græco carmine, cui versio Latina opponitur, exornata; unà cum scholiis seu Annotationibus Græcis, in quibus (ad sacri textus elucidationem) præter alia non pauca Gentium Orientalium antiquitates, moresque reconditiores proferuntur; addita Parodia Homerica de eadem hac Historia. Accessit Index Rerum & verborum copiosissimus. *Londini* 1679 in 8.

LUCIUS BARRETUS, Historia Cælestis, sive observationes Astronomicæ ex Commentariis Manuscriptis Tichonis Brahei. *Dilingæ* 1675 in fol.

